

## ISAGOGICA

- \* Sextilis, siue hexagona radiatio pari radiorum numero designata est, quum planetae inter se distant per sextam zodiaci partem uidelicet per gradus. 60. qui est aspectus mediocris dilectionis, & amoris, atq; ideo mediocriter bonus.
- ◻ Quadratus siue tetragonus simili geometrica figura demonstratur. gradus tenet. 90. Aspectus odij, imperfecte tamē inimicitiae, idcirco mediocriter malus.
- △ Trinus siue trigonus haud dissimili caractere designatus, tertiam circuli partem: uidelicet gradus. 120. amplectitur, perfectae amicitiae, & amoris, nusq; in qualitate signorum ab inuicem discrepans.
- ♁ Oppositio seu diametralis irradiatio, quae per circulos paruos inuicem oppositos figuratur, est cum planetae mutuo sese diametraliter opponunt, per mediā, s. circuli partem, qui sunt gradus. 180. propterea aspectus odij atque apertae dissensionis, ac perfectae inimicitiae.
- Applicatio autem dicitur quum per gradus sex iuxta aliquorum sententiam, seu per medietatem radiorum aspicientis, uel utriusq; corpore coeuntis alteri adherent. Separatio autem quum corpore, uel aspectu ab uno quoq; praedictorum locorum a gradu uno usque ad graduum numerum praemissorum disiunguntur. Haly tamen uoluit quod aspectus non sit plus quam de tribus gradibus ante. Separationem autem ab uno gradu & ab inde supra, nec minus applicationem iuxta quantitatem orbium planetarum accepit. Tu autem quanto propinquior fuerit corpore, uel aspectu applicatio, minusq; longe seperatio, tanto aspectum fortiolem diiudica.

S